

**DE USU ET  
MYSTERIIS NOTARUM  
LIBER:**

in quo vetusta literarum numerorum ac  
diuinorum ex Sibylla nominum ratio  
explicatur

(“Book concerning the use and mysteries of  
*notae*, in which is unfolded the ancient reckoning  
of the names of letters, numbers, and the  
supernatural according to the Sibyls.”)

Jacques Gohory  
Paris, 1550

Edited by Joseph H. Peterson, © 2019.

[esotericarchives.com](http://esotericarchives.com)

Author information: Jacques Gohory (1520-1576), aka Gohorry, Jacobus Gohorius, J.G.P. Other pseudonyms: Orlande de Suave, Leo Suavius, Leo Suavis Solitarius, L.S.S.

Keywords: Occult philosophy, magic, ciphers, Kabbalah, Paracelsus, mnemonics, symbolism, John Dee

Updated May 24, 2020

# Introduction

Jacques Gohory (1520-1576) was one of the major figures in the history of “occult philosophy”.<sup>1</sup> The book we are here presenting is Gohory’s most significant writing on magic, excepting the possibility that he may also have penned other influential magic texts under various pseudonyms, such as *Arbatel* and the *Fourth Book*. Unfortunately his writings are now little known and extremely rare.

For various reasons, Gohory seems the most likely candidate for the author of the *Arbatel* (1575): Gohory had close ties to its publisher Peter Perna, founded a private occult center near Paris around the same time, named the Lycium Philosophal de San Marceau. His writings reflect identical interests, grasp of the same sources, have a similar style, and indeed expound exactly the same themes, but in much greater detail.<sup>2</sup>

University of Arizona professor Thomas Willard has recently suggested that Gohory was also the author of the so-called *Fourth Book* of (ps.) Agrippa and *Archidoxes of Magic* of (ps.) Paracelsus.<sup>3</sup>

The Lycium met at Gohory’s home, which included a botanical garden for the study of medicinal plants; it was later to become the Botanical Garden of Paris. Gohory published one of the first studies on the effects of tobacco. Members of the Lycium studied pharmacology, alchemy, poetry, music, but especially magic. For a fascinating review of Gohory’s integration of music and magic, see Jeanice Brooks “Music as Erotic Magic in a Renaissance Romance”, *Renaissance Quarterly*, Vol. 60, Number 4, Winter 2007, pp. 1207-1256.

Gohory was also one of the preeminent translators of his time, having published translations of Machiavelli, Paracelsus, Amadis de Gaule, Lemnius,<sup>4</sup> and the *Hypnerotomachia Poliphili* of Francesco Colonna.

*De usu et mysteriis notarum liber: in quo vetusta literarum numerorum ac diuinorum ex Sibylla nominum ratio explicatur* (“Book concerning the use and mysteries of *notae*<sup>5</sup>, in which is unfolded the ancient reckoning of the names of letters, numbers, and the

---

1 Faivre, 1997, p. 66.

2 See also Peterson, 2009, pp. xiv-xvi.

3 Willard in Classen 2018.

4 *Les Occultes Merveilles et Secretz de Nature, avec plusieurs enseignemens des choses divers*. Paris, Galliot du Pré, 1574. Title of English translation is *The Secret Miracles of Nature*.

5 Marks or signs.

supernatural according to the Sibyls.”) was first published in 1550. Another edition appeared in 1580, but without significant changes.

In *De usu*, Gohory discusses a wide range of occult topics, including magic, Kabbalah, number symbolism, the art of Ramon Llull, and the art of memory.<sup>6</sup> He mentions the magic text *Ars Notoria* directly, as well as *Almadel* and *Paulina*.<sup>7</sup> He cites a large number of authorities, including Llull, Ficino, Pico, Reuchlin, Trithemius, Agrippa, Paracelsus, and of course the *Sibylline Oracles*.

The famous Elizabethan polymath John Dee owned a copy and considered it important. It has been suggested that this book may have inspired Dee’s famous book *Monas Hieroglyphica* (1564).<sup>8</sup>

## This edition

For this edition, abbreviations have been expanded. I have preserved Gohory’s side-notes, moving them to footnotes distinguished by italics; he mainly used them for emphasis. All other footnotes are mine. All artwork is mine. I also added the appendix and references.

-Joseph H. Peterson, July 2019.

---

<sup>6</sup> Walker, 2003, p. 98.

<sup>7</sup> Via Agrippa, from *de incertitudine et vanitate scientiarum* (1530) chapter on [theurgia](#).

<sup>8</sup> Per Szönyi, 2010, p. 106, Dee purchased a copy in 1562, and his copy shows annotations on the Monad. It “might have been what fuelled Dee’s interest in the work.” Dee’s annotated copy is now Cambridge University Library, shelf-mark LE 19.8.

*IAC. GOHORII,  
de Vsu & Mysteriis  
Notarum Liber*

*In quo vetusta literarum & numerorum  
ac diuinorum ex Sibylla nominum ratio  
explicatur.*

*PARISIIS,*

*Cum Priuilegio.*

Væneunt in Palatio regio, quà ad Cancellariam  
itur, atque ad D. Hilarii in ædibus Albreteis apud  
Vincentium Sertenas.

1550.



Il est permis à Vincent Sertenas Libraire à Paris faire imprimer & mettre en vente, un liure recouré par luy, intitulé De Vsu & Mysteriis notarum. Et defendu à tous Libraires, Imprimeurs, & autres quelz qu'ilz soyent, imprimer ou faire imprimer, ne mettre en vente iceluy liure, iusques à six ans prochainement venants: Et ce sur peine de confiscation desdictz liures, autres que par luy imprimez ou faict imprimer, & d'amende arbitraire, au Roy applicable. Ainsi qu'il appert & est plus à plein contenu par lettres & priuilege dudict Seigneur, donné à Paris le cinqiesme iour de septembre l'an mil cinq cents cinquante. Signé par le conseil, De hacqueuille, & séellé sur simple queue decise iaulne.

# IACOBVS GOHORIVS

## *D. Gabrieli Veneurio*

### *Ebroicorum præsuli Sal.*



St si me summa tua autoritas & publicum de tua singulari virtute doctrinaque iudicium satis inducere potuissent ut hos ingenii mei fœtus (quantuli sunt) tibi libens offerre~: tua tamen priuatim mihi perspecta benignitas fecit, ut magni mea interesse putarem, ocii mei rationem tibi probari. Nam & qui libros dicant nemini, similes iis mihi videntur, qui liberos publicè exponunt, nec parricidis multò iustiores: & qui principibus consecrant, qui vel per occupationes non legunt, vel propter imperitiam non intelligunt, assentationis aut auaritiæ suspicione carere vix possunt. Ad eos verò maximè deferri par est qui huiusmodi sementem fecerunt, ut fructum metant: quique ventris sustinendi curam gesserunt ne abortum faceret vel (quod Socrati olim tributum est)<sup>9</sup> obstetricis instar partum eduxere: multo magis qui patris loco tollendum educam dumque susceperunt. Cum enim verum sit quod dici solet, hominem homini lupum, hominem homini deum: licebit mihi verè canere.<sup>10</sup>

Deus nobis hæc otia fecit.

Nanque erit ille mihi semper deus:

Itaque tanquam de sobole mea nondum ętate firmata,

Illius aram Sæpe tener nostris ab ouilibus imbuet agnus.

Hoc autem scripti genus alii quàm tibi proprium dicari præsertim à me non poterat, cùm sit de ratione .notarum ac literature, propriâ eius muneris quod in epistolis tuis domesticis triennium obiui. Quo tempore ex rerum statu & tua præstanti eruditione atque facundia in eis cogitationibus noctu diuque totus eram, quę ad publicorum consiliorum administrationem maxime facere videbantur. Hic enim ad excipiendas pari diligentia & fide Senatus sententias potentumque literas veterum more manus instruitur: hic ratio quoque tradita est qua maximè quęque res ita scriptis mandari queant, ut nullo discrimine per obsessas ab hostibus vias tuto perferantur: quaque interceptę illorum furtiuę muteque literae interpretationem luculentam recipiant: hac itidem arte cum ad urbes nostras propter obsidionem aditus non patet, remedium

---

<sup>9</sup> *Plato.*

<sup>10</sup> *Virgilius.*

inuentum est magno locorum interuallo cum obsessis colloquendi. Quæ si cui forte paulo obscurius perscripta videatur: sciat hac in re eorum me exemplum secutum, qui res huiusmodi (quas non intelligi vulgo Reipublicæ interesset) eo stylo sunt complexi, ut eas demum probe notas sibi esse ostenderent, unde, quando usus foret, peti possent. Sunt enim ista ex eo genere quod nostra commoda paribus ab hoste incommodis sæpe turbaret. At si qua in his exilia quisquam forsitan existimet: admonitum velim parua esse omnium rerum vel maximarum principia, sed quæ si negligantur, non sit maioribus locus.<sup>11</sup> Quare in numerorum meditatione immortalus est philosophorum princeps Pythagoras,<sup>12</sup> eumque secutus Plato<sup>13</sup> de viatque natura literarum copiosissime disputavit. Istis vero magnis atque grauibus esse facile per me licebit, qui ea temere contemnent, quæ olim præstanti doctrina viri ipsique imperatores Romani non indigna sua cognitione iudicarunt. Sunt autem hæc instar Sileni Alcibiadis prope ridicula rerum admirabilium integumenta, tanquam vilis vestis pulcherrimæ virginis. At introite, hic dii sunt, dicebat Heraclitus.<sup>14</sup> Nam pars altera huius tractationis verendum est potius ne in contrarium periculum incurrat, & magnitudine laboret sua: quippe quæ diuinorum nominum mysteria perstringit variasque ex numeris ac literis diuinationes, quas ex adytis sacrosanctæ antiquitatis erui perscrutando. Ea sane spe, ut his velut augustæ sapientiæ elementis, principes doctrinarum viros ad mysticam illius cognitionem e puteo Democriti<sup>15</sup> educendam excitarem. Cuius cum opinio de minimis rerum corpusculis parum fuerit probata in vulgus, me iure ipse consolabor, si hanc meam notarum quasi atomorum scientiam animaduertam placere paucissimis. Satis mihi laboris mei constabit ratio, si tibi uni (Mœcenas) ut casta mulier suo viro placeam: Si ut Democritus ille Hippocrati, ut poeta quidam Platoni, ut tibicen Antigenidæ magistro: sic ego ad populum frigesens, soli tibi canam & Musis. Hoc vero semel præfatum velim: nullum prorsus in his scriptis superstitionis genus versari, omniaque a naturæ & mathesis ratione pendere: præsertim quæ ad Steganographiam Solis & Lunæ pertinent. Quibus multa ex opticis experimentis ac Ferrerii familiaris mei disciplina addere potuissem, nisi cognossem Vitellionem & Tritemiam ea rudem multitudinem latere voluisse, Aqua pro his tantis (quæ minima esse iudicabit) aliam mercedem non expecto maiorem laudis & gloriæ, quam lucri tulit a ab Alexandro qui milii vel ciceris grana eminus per acus foramen certo iactu trans mittebat, ob hoc modio sui

---

11 *Fab. Quinti.*

12 *Pythagoras.*

13 *Plato.*

14 *Heraclitus.*

15 *Democritus.*



leguminis a rege donatus. At si me qua soles benignitate ac fauore prosequeris, spero tandem studio ac diligentia eò mysticae huius sapientiae peruenturum, ut me nec laborum meorum, nec te tuę erga me liberalitatis unquam pœnieat. Bene vale. Lutetiæ. 27 Cal. Octob.

# Iacobi Gohorij, de *VSV ET MYSTERIIS* *notarum liber.*



Quod poëtæ veteres erant fabulati Irim Thaumantis filiam, diuinus Plato<sup>16</sup> admirationem primum philosophiæ motum, ardorem & stimulum interpretatur. Magna vero pars admirabilium rerum aut fidem non inuenit apud nos, si in sensus non cadunt, aut vulgo ad cœlum manesue referri solet. Etenim imperitia causas rerum paulo abstrusiores (quas ignorat) mauult diuinas existimare, ne eadem sententia illarum sese & humanitatis expertem iudicet. Quotusquisque Architæ Tarentini columbam ligneam volatilem, Aegyptiorum statuas sponte mobiles & loquaces, Archimedis Syracusii sphæram cœlestis motus æmulam, ac machinas Romanam potentiam eludentes, varia Boetii automata: quis ex rudi multitudine (ut minora sectemur) scœnobatis seu funambuli pedes, quis præstigiatoris ludicri manus vi plusquam mortali moueri non credit? Inseratur quoque huic numero manus opus officio linguæ celerius (quod Seneca & Martialis admirantur) Gallus Ausonius<sup>17</sup> eleganter describit.

Euoluo (ait) libros uberes  
Instarque densę grandinis  
Torrente lingua perstrepo  
Et mota parce dextera  
Volat per æquor cæreum  
At me loquentem præuenis  
Quæ furta corde in intimo  
Exercet alet dextera?

Addit attonitus munus hoc diuinum sibi potius quam artificiosum videri.

Doctrina non hoc præstitit  
Nec ulla tam velox manus  
Celeripedis compendii.

<sup>16</sup> *Plato.*

<sup>17</sup> *Ausonius.* [Decimus Magnus Ausonius]

Hinc illa Homeri ilias (ut Solinus<sup>18</sup> scribit) testa nucis inclusa: res profecto incredibilis absque artis notariæ cognitione, cuius statui usum atque rationem paucis explicare. Est autem dicta notaria a notis: notæ vero signa sunt rei latentis & occultæ, qualis est animi cogitatio. Ea ut præsentem palam fiat, oratione enunciatur, quæ secundum munus est post rationem a deo immortalis hominibus tributum. At cum ad longe distantes exiguus vocis sonus perferri non posset, præstanti ingenio viri primum figuras animalium, arborum, cæterarumque naturalium rerum excogitarunt, quibus animi motus absentibus etiam explicarent. Hæc Hieroglyphica nominarunt: de quibus Ori Apollinis libellus ad nostra usque tempora peruenit. Pulchrum hoc quidem inuentum, sed rude & laboriosum (ut omnia prima) vir diuinus Theut Aegyptius (Platone<sup>19</sup> teste) literarum artificio perpoliuit. Et cuius non artis parens est Aegyptus quæ monimenta reperit quibus omnes mandarentur? Non enim sunt o Cicero doctrinarum inuentrices Athenæ, non tanti boni ferax Græcia, cuius alumnus Aristoteles<sup>20</sup> Aegypto omnes libenter acceptas refert & in quam Plato, Pythagoras ac optimi quique discendi gratia commearunt. Ars bellissima sonum volucrum irrevocabilem, stabili cæræ aut cartæ infixisse. Sed cum celeritas scribendi quibusdam in negotiis summopere necessaria esset, ut in excipiendis oratorum altercationibus & iudicum sententiis, in dictantium principum epistolis, in priuatis quoque studiis & negociis: inuenta est notarum ratio, qua elementum unum vocabulum totum exprimit.

Qua (inquit Ausonius) multa fandi copia  
Punctis peracta singulis,  
Ut una vox absoluitur.

Primum autem a Tyrone Ciceronis liberto, Eusebio teste, condita est ne patrono ipsi tam occupato falso otiosissimum opus imponamus. Ita credidit auctor incertus de notis nouissime editus in lucem. Ita Titimius germanus. quos notæ ipsæ in errorem traxerunt ut inscriptionem libri notarum quæ erat huiusmodi. TV. CICER. LIBER. Legerent TVLLII CICERONIS LIBER cum legendum esset Turonis Ciceronis liberti, quoniam pro litera Pythagoræ olim v. Latinum usurpabatur. Purrum semper Ennius (ut Cicero refert) nusquam Pyrhum, vi patefecerunt Phruges, non Phruges ipsius antiqui declarant libri: nec enim græcam literam adhibebant. Approbasse tamen artem liberti Ciceronem fateor (ut Plutarchus<sup>21</sup> scribit) & ea notarios instruxisse ad orationem Catonis ex ore colligendam. Ab his itaque notis

18 *Solinus.*

19 *Plato.*

20 *Aristoteles In metaphisicis.*

















21 *Plutarchus.*

notarii tum dicti fuere, nostri vero quibus ars ista comperta nunquam fuit a rerum notis nomen acceperunt. quod contractus testamentaque ciuium in compendium<sup>22</sup> quoddam contrahunt eoque more redigunt in commentarios. Eadem ratione Cicero in philosophiæ præceptis notationem appellauit proprietatis vocabuli summam velut adumbrationem tamquam nomen id inuolutum contineat quod definitio euoluit atque explicat. Porro librum Tyronis vidi beneficio Tillæi cum accessione Diui Cypriani, qui adiectis religioni nostræ necessariis notis, librum in usum christianum traduxit. Ille vero (cui hodie nescio quis Gallorum antiquitatis studio iure concedat) detulerat ad me, ut quod per occupationes facere ipse non poterat, eam notarum, infinitatem dispersam prorsus & confusam in aliquem ordinem redigerem: quod aggredientem me subita valetudo reuocauit. In eodem fasciculo addiderat Psalterium Dauid eiusdem notæ, quale Tritemius reperit Armenicę linguæ inscriptione. Qui enim nullam huius literaturæ suspicionem, ne auditu quidem unquam conceperat, ignotam figurarum deformitatem in linguam a sua cognitione remotissimam, coniectura reiecerat. In hanc autem cupiditatem Tillæus non sola rei nouitate trahebatur, sed educendæ ex his tenebris historiæ nostræ studio, quibus permultas veteresque Regum prisorum leges aliaque incorrupta rerum a Francis gestarum documenta sepulta & demersa comperit. At Tritemius<sup>23</sup> ipse autor est, Pharamundum, Clodium comatum aliosque Francorum Reges suas quæque notas habuisse. Ex quo Tyronianæ notationis cognitio parum prodesset: locus enim foret diuinatrici ignotæ literaturæ interpretationi, paucis hodie perspectæ. Ut autem ad institutum reuertamur: Tritemius in PoIygraphiæ præfatione ita de hac re scriptitauit: Marcus Tullius Cicero facundus orator, ingenio usus & arte phraseos minutias commutauit in signa & thelematis sui Philergiam siue characterem pro usitata phrasi locauit. Tanra vero in hac ipsa nouitatis usus est copia, ut rebus pene cunctis mundi satis esse posset eius inuentio. His autem misteriorum prænuntiatoribus artis institutio mirandam contulit agilitatem ut præter naturam omnium solidis utantur gressibus pedum & non per minutias vel momenta, sed gradibus integris bonæ magistri subseruiant voluntati. Quorum rex tutissime uti potest obsequio quanuis non sine magno labore, manifesta que bacuceorum suspitione. Hæc tanquam enigmata in clauæ eiusdem libri ita explanat. Librum scripsit notarum Cicero ad filium in modum scilicet dictionarii, ubi secundum ordinem ponuntur primo characteres siue notæ, postea dictiones per eosdem characteres designatæ: ita quod dictio quæuis per notam sibi significatur præpositam. Tanta vero est notarum cum dictionibus sibi subiectis copia, ut omnino sufficiant ad

22 Cicero.

23 Io. Tritemius.

Latine de omnibus scribendum. Iam cum propter Tillæi absentiam, Tyronis liber non sit in promptu, ex Tritemio exemplum aliquot notarum proponam, ex quibus facile de reliquis erit iudicium. Mirari enim licet figurarum varietatem simulque damnare tantam cum verbis quæ exprimunt dissimilitudinem, ut immensum laborem ad reminiscendum relinquat. At si Tritemius paulo diligentius ad has notas attendisset, statuisset in exemplum alio ordine, cum quæ eiusdem sunt originis a nota una principe varie deducantur, ut probus a quo probitas, probabilis, deinde improbus, improbitas: postea approbat &c.<sup>24</sup>

	approbat		modestus
	comprobat,		immodestus,
	improbus		modicus
	probus,		immodicus,
	probitas		commodus
	improbitas,		incommodus,
	probabilis		accommodat,
	reprobat,		in modum

24 See Appendix for original images from Trithemius. -JHP

modus

admodum

modulus,

quemadmodum,

epistola

litera

literæ,

syllaba

tempus

per tempus

per idem tempus,

temporalis

extemporalis,

homo.

Transtulit alias Tyronis notas Tritemius in significationem simplicium literarum, quas hic in integrum a me restitutas ascripsi.

	a		e		f		k
	b		E		L		m
	bb		ff		m		n
	c		g		m		n
	cc		h		n		n
	d		I		n		n

X	o	9	s	π	y
z	p	η	cb	π	3
m	pp	7	f	π	ph
z	q	4	v	π	eb
π	r	z	vo	π	fb
X	rr	π	x	π	ft

Ars enim nulla simul inuenta fuit & perfecta: facileque est aliorum scriptis aliquid addere. Quare non deterruit scriptorem de notis (quisquis est) nomen Ciceronis & Cypriani, quin manum stylo admoueret, traderetque facilioris literaturæ rationem. Quem quidem Aegidio Bordino doctissimo viro debe mus: licet ieiunum & aridum, utilem tamen atque fructuosum. Est enim tantum velut index quidam rei ab eo scriptore tribus libris copiosius explicatæ. Memoriam enim (inquit Tritemius) postulat Ciceronianus scribendi modus maximam, & laborem legendi penitus ingentem, ubi quilibet character aut dictionem significat integram, aut syllabam ultimam siue partem orationis aliquam ad compositionem totius idoneam. Hęc ille: qui tam multa de iis notis locutus, verumtamen earum usum vix verbo quidem attigit, sed ad principum secretiores epistolas voluit transferre, tanquam in hostium manus is quoque liber incidere nequeat, cuius ope tenebras illas discutiant. Porro nouus iste notator hoc ultra Tyronem præstitit, ut literam cuiusque vocabuli primorem seruaremus, non autem aliena prorsus, ut ille, forma uteretur. Probus enim per P inciperet, & bus finem apice proprio delinearet. Itaque ut artem breuiter & obscure ab hoc ipso notatam, in cognitionem & usum traham, hæc habeto. Principio lexicon tibi constituas quacunque in lingua voles: Lexicon (inquam) syllabarum tantum extremarum, quæ additæ literæ primæ vocabuli totum facile in memoriam reducent: Inuentum autem est scriptoris huius polygraphi, ut omnes omnium verborum fines viginti



figuris, comprehendat, quas ab I, litera varie inflectit. I, enim litera (autore Alberto Durero) velut recta linea, fundamentum est compositionis omnium notarum atque literarium. Sic probus p notabitur, sic probat p sic probitat p sic probabilis p sic probare p uno quoque sibi pro arbitrio fingente notas extremorum. Mediæ autem syllabę omittuntur, & coniecturæ legentis relinquuntur, quam facillimam esse experimento cognoscet. Scrupus tamen hic incidit cum diuersa duo vocabula, ab eadem litera oriuntur, & similiter definunt, ut si P, simplici probitas scripseris. Si ergo sese offerret pietas, qua notatione poterit a probitas, vel parcitas, petas, paucitas distingui? Repertum est remedium huic malo, a vario situ puncti seu lineæ accessoriaræ, quam in vertice apicem nominauimus: Situs enim sunt nouem, supra notam, ut P, infra ut P, ante vero & post notam triplex, ut P P P Post, similiter, ut P' P P, nonus situs est transfixionis, ut P simplex autem est superior atque inferior tantum: quia nulla fere est notarum supra infraque latitudo, quæ trium locorum spacium euidentis præbere possit. Itaque in lexico p tribues (si ita videatur) probitas vocabulo p parcitas -p paucitas &c.

neque ulla occurret tibi confusio. At cum hæc similitudo numerum locorum excedit, subueniet primoris notæ varia constitutio, ut pro P,

pro. c. , &c. Hæc si forte satis non faciunt, ad nouas & inuisas notas, tanquam extremam anchoram, confugiendum censeo. quarum usus apud Tyronem tam creber & frequens nimiam lectori scriptorique difficultatem parit: ut in vocabulo probus pp p T Hæc pauca si tecum diu multumque perpendas, intelliges ad perfectam notandi rationem nihil de esse, quæ ex compendio authoris incerti vix suspicione colligi potest. At cuiusmodi forsitan dubium esse possit, nihilne ad hunc usum conferant notæ illæ antiquæ (de quibus extat adhuc. Valerii Probi libellus) multis seculis ante notariam usitatę, nempe in senatusconsultis, numismatis, in tropheorum arcuumque triumphalium, theatrorum, cæterorumque publicorum operum inscriptionibus: ut S C, Senatusconsultum. S P Q R, Senatus Populusque Romanus. COS. iii. Consul tertium. De quibus mea opinio est paucissimas in tanto numero notas proprias reperiri, quas ego in notando libenter usurparem, quemadmodum & quæ usu iam trita sunt apud nos syllabarum compendia, p pro, p per, g con, g us, v vir, &c. Cum breuia & usitata sint, nec mediocrem lucem distinctionis afferant, non erunt meo consilio negligenda. De iis Probium ipsum præfantem audiamus: Est etiam<sup>25</sup> (inquit) circa perscribendas vel paucioribus literis perstringendas voces studium, necessarium, quod partim pro voluntate

25 *Valerius Probus de scripturis antiquis.*

cuiusque fit, partim usu publico & obseruatione communi. Nam apud veteres cum usus notarum nullas esset, ad scribendi facultatem maxime in senatu qui aderant in scribendo, ut celeriter comprehenderent, quadam verba atque nomina ex communi sensu primis literis notabant, & singulæ literæ quid significabant in promptu erat, quod nominibus, pronomibus, legibus publicis, pontificumque monumentis, iurisque ciuilibus libris etiam nunc manet. Ad quas notationes publicas accedit etiam studiosorum voluntas, ut unusquisque familiares sibi notas pro voluntate signaret quas comprehendere infinitum est. Publicæ sane tenendæ sunt, quæ in monumentis plurimis & historiarum libris sacrisque publicis reperiuntur. Ex his approbo quæ sunt huiusmodi, A p̄ p̄ appellat, AAA FF. ære, argento, auro. flato, ferundo vel feriundo, D M. diis manibus, M E magister equitum, H iii M N sestertia tria millia nummum. Quæ vero communes sunt notæ, reiiciendas prorsus censeo: ut F F F. æque enim significant, forte, fortuna, fatum: &, ferro, flamma, fame: &, flauius, filius, fecit. ut D D D, datus, decreto, decurionum: vel, dono, dedit, dicauit, &c. quæ tamen in operibus publicis ex re ipsa sui coniecturam facile præbent: in scripto perspicacissimum quemque fallerent. Quale apud Ciceronem est illud quoque Crassi in Memmium, quem comedisse narrabat lacertum Largii, cum esset cum eo Tartacinæ de amicu rixatus. Ibi in omnibus parietibus inscriptas fuisse literas, tria LLL, dua MM. Cum quæreret id quid esset, senem illi quemdam oppidanum dixisse: Lacerat lacertum Largii mordax Memmius. Ficta enim fuit ab illo tota hæc falsa narratio, nec publicis scripturis inseri à Probo debuit, qui arbitrarias & priuatas commemoratorum se negauit. Longiorem hæc ars disputationem postulare non videtur ob claritatem, nec alia commendatione indigere ob usus illius fructum uberrimum. Itaque fuit Romæ in pretio, quo tempore tum imperii gloria, tum rerum optimarum studia omnia floruerunt. Magni fecit Seneca, admirati sunt Martialis atque Ausonius, Titus ipse imperator<sup>26</sup> adeo est ea delectatus, ut cum amanuensibus per lusum certauerit, Plinius secundus ut notarios secum assiduos duxerit: nec mihi videtur ulla humani ingenii inuentio tam in publicis quem priuatis muneribus maioris esse momenti: Qua si forenses, maxime actuarii uterentur (utantur autem aliqua & sua necesse est) multo certiori fide iudiciorum acta constarent: cum perita manus quantacunque vocis humanæ volubilitatem scribendi celeritate consequeretur, imo comitaretur. Qua arte destituti longissimas causidicorum orationes præcipiti plerunque lingua effutitas ex oxe dicentium excipere & inscriptis redigere nullo modo possent: quod si summam rerum colligant, periculum est ne quando firmamentum causæ prætermittant. Non est silentio prætereundum hoc artis notariæ nomine vel notoriæ, quasi inter angustiores sacerdotes

26 *Titus Imp.*

Apollinis artem mysteriorum plenam versari, qua paucis diebus omnium diuinarum humanarumque rerum, scientiam consequantur. Sub theurgia seu diuina magia (inquit Cornelius Agrippa<sup>27</sup>) continentur ars Almadel, Notoria, & Paulina: quæ quidem manat ab Apollineo furore. Is autem arte quadam elicitur (inquit<sup>28</sup>) paucissimis cognita, taliter informando, exornando, & illustrando fidelem & purum hominis animum, ut ex ignorantie tenebris repente ad sapientie lumen euehatur. Quippe humanus animus (authore Apuleio<sup>29</sup>) præsertim simplex & purus sactorum quorundam auocamento ac delinimento soporari & externari potest ad præsentium obliuionem: ita ut remota corporis memoria, in naturam suam diuinam redactus lumine illustretur, & furore affletur æthereo. Parcant mihi quæso, si aliquem desidero ex tot magiæ illius sacrosanctæ discipulis, qui tantillo tempore uniuersum doctrinarum orbem sit cognitione complexus: quos omnes ad Plinium tam perniciosæ vanitatis vindicem mitto: nisi forte respondeant eiusmodi furores cum vi oraculorum delphica iandudum euanuisse. Verisimilius mihi videtur de arte quadam id perhiberi, quæ sit tanquam ars reliquarum artium: sicut hominis manum dicit Galenus<sup>30</sup> instrumentum instrumentorum: quæ quidem summa rerum genera colligat, collecta definiat, rursus definita partiatur. sic a capite deducens ad calcem: deinde cuique rei suum locum, cuique loco suam notam attribuat: media sub summis, infima sub mediis rite atque ordine collocet. Quo sane procliuior multo est rerum maximarum comprehensio coniunctis intelligendi ac reminiscendi artibus. Hoc in genere feliciter versatus esset Raymundus Lullius<sup>31</sup> in arbore scientiæ, in arte magna & breui, si subtilitatis laudem eloquentiæ splendore adæquasset. Cuius tamen ex ludo Faber Stapulensis, Io. Reuchlinus, Cornelius Agrippa, clarissima nostri seculi lumina, compluresque alii tanquam ex equo Troiano heroes prodierunt. Hoc genus expeditum docendi nostra quoque ætate Iulius quidam Camillus<sup>32</sup> in eloquentiæ disciplina tentauit, extracto adfabre Regi Francisco amphiteatro ligneo: in cuius partibus miro ordine condebat velut copię quoddam cornu, quod promere promptum esset ad de quacunque re proposita ornate copioseque dicendum. At non inficior inter magicos libros aliquem in manus meas incidisse artis notoriæ titulo, qui solemnī obsecrationum ritu a septem Planetis totidem artium (quas liberales vocant) parique dierum numero perfectam & absolutam cognitionem polliceretur. Sed

27 Agrippa *de vanitate*

28 Agrippa *de occulta phil.*

29 *Apuleius.*

30 *Galenus.*

31 *Raymundus Lullius.* [Ramon Llull.]

32 *Iulius Camillus.*

(ut Marsilius Ficinus<sup>33</sup> quæ de vita cælitus haurienda per sacrificia, imagines, & annulos scripserat, in epistolis tandem suis interpretatur) non tam sunt hæc præcepta credentis vel sperantis, quam optantis vota. Artem enim habitum animi recte statuit Aristoteles,<sup>34</sup> qui longo usu comparetur, non subito influxu instillet in mentem. Id hanc tamen sententiam magis inclino, ut ad eam Cabalæ partem referatur, quam notariacon vocant: nempe de Hebraicis literarum & numerorum notis, sub quibus credunt summa mysteria latere. Iam (ut eo redeamus unde sumus digressi) compendium scribendi discendique paucis huiusque<sup>35</sup> perstrinximus: restat alium antiquum usum notarum persequi, qui maximis quibusque imperii rebus perscribendis, priuatisque nonnunquam negotiis adhibebatur.

Multi enim sunt, quibus (ut Terentius<sup>36</sup> ait)  
Tantum est otii a re sua,  
Aliena ut curent, quæ nihil ad se attinent.

Multi humanitatis expertes, ac vitæ communis ignari, qui literas alienas intercipiunt, palamque proferunt. Quod quid aliud est (ait Cicero<sup>37</sup>) quam tollere e vita vitæ societatem? tollere amicorum colloquia absentium? quàm multa loca solent esse in epistolis, quæ prolata si sint, inepta esse videantur? quam multa seria, neque tamen ullo modo diuulganda? Notarum in hunc usum Iulius Cæsar primus author fuit. In cuius vita Suetonius,<sup>38</sup> Extant eius (inquit) ad Ciceronem, item ad familiares domesticis de rebus epistolæ: in quibus si qua occultius perferenda erant, per notas scripsit: hoc est, sic structo literarum ordine, ut nullum verbum effici posset. Quæ si quis inuestigare ac persequi volet, quartam elementorum literam D pro A, & perinde reliquas commutet. Id Aulus Gellius<sup>39</sup> confirmat: In epistolis (inquit) Cæsaris inueniuntur literæ singulariæ sine coagmentis, ex quibus nulla verba coalescunt. Eam rationem occulte scribendi non ad literam tantum quartam, sed ad tertiam quandoque & reliquas pertinuisse Tritemius ostendit hoc modo: Legimus (inquit) complures veterum sapientes philosophos, reges, & principes olim varios atque multiplices excogitauisse modos, quibus nunciis suis ad loca remotiora mittendis tuto committerent arcana consilii & quicquid mysterii credendum occurrisset: quo fierent in perferendis idonei, atque ab omni prauorum

33 *Marsilius Ficinus*. [Ficino]

34 *Aristoteles*.

35 Text: hucusque.

36 *Terentius*. [Terentius i.e. Terence in *Heauton Timorumenos*. Act 1, sc.1.]

37 *Cicero*.

38 *Suetonius*.

39 *Aulus Gellius*.

incursione securi: ne vel simplicitas Cabalisticorum denudaret mysterium, vel Bacuceorum innata curiositas apostolicis rebus inferret detrimentum. Magnus Romanorum Cæsar Augustus tenebroso cupiens in arduis uti nunciorum ministerio, spiramina vocis conceptæ mutauit ex lucidis in opaca: quorum barbariem votis renitentem metatheseos orchemate, pulchra inuentione ad nutum conuenientem effecit. Et iste receptius & quasi perpetuus ordo thelemati nihilominus & temporis rationi subiectus, quanquam nuncios ab incurSIONe Bacuceorum conseruet in via securos: sui tamen regulatas non custodient metas, intuentes faciet omnes de suspicione rei sollicitos. Vides hic virum bonum in historia lapsum errorem, quo Ciceronem pro Tyrone, nunc Augustum pro Iulio nominauit, quanquam non ignoro illum quoque (ut Suetonius refert) cum per notam scriberet b pro a, c pro b, ac deinceps eadem ratione sequentes literas posuisse: pro x autem duplex aa. In clauē libri sic se ipse exponit: Præmonemus lectorem ne soli occulte scribendi modos edidisse videamur, plures olim tyrannos & principes, Pharamundum, Clodium Crinitum, Carolum magnum, Mathiam Ungariæ regem, sed primum omnium Augustum eo artificio usum fuisse: qui quidem ut secrete ac tuto scriberet quod volebat, alphabeti literas varia transpositione mutauit: ita ut poneret B pro A, C pro B, & sic consequenter de singulis. Et quo scriptura magis tortuosa maneret secretior, pro suo arbitrio literas disposuit in latum & longum, ad quamlibet ordinis, numeri, & loci distantiam. Verum licet nemo queat mysterium arcanum latens sub transpositione literarum facile intellectu comprehendere: facit tamen eos hæc scriptura, in quorum peruenerit manus, de latibulo rei introclusæ suspicaces. Tabulas metatheseos rectas & auersas, ex quibus infinita possunt alphabeta deduci, in usum principum legatis diuersarum prouinciarum distribuenda, ex Tritemii polygraphia petendas relinquo. modo in transcurso admonuero contrarium prorsus arti notariæ illius inuentum esse, quæ verba pro literis constituit, cum literas illa pro verbis. Opus certe longum & scribenti æqui ac legenti laboriosum. At quid facias? alia via tutas principum literas facere non possis, si simplicibus Arabicis notis scribis, quas vulgo Cefras vocamus, a Cefer Hebræo vocabulo, id est liber, quod scribuntur literis numeros significantibus: si autem inusitatis figuris, illius arbitrariæ inter duos literaturæ tertius interpret esse potest: sicut egomet sæpius multis testibus factitauit. Quæ solertia in abstrusis artibus est necessaria, quarum mysteria fere inuolucris nouæ scriptionis cælantur: qualem in magia & chæmia ostendit Tritemius, quæ duæ cum a procis (ut ait) plurimis appetantur: virginitatis tamen sunt inuiolatæ. Sola autem cognitio tabularum & orchematum omnis transpositionis literarum obscuritatem patefacit. Unde ipsorum elementorum varietate & superfluum commixtione, denique notæ interdum alicuius pro

nomine toto substitutione remedium huic periculo inuentum est. Sed nisi ita scriptæ erunt literæ ut ab omnibus intelligi videantur, tuas tamen cogitationes intactas contineant, nunquam effugere possunt hostiles manus, quibus viæ forte obsessæ tenentur. Condenda ergo est historia Tritemii more, caractere usitato, quam qui deprehendet notissimam sibi arbitretur, cum certe nihil sit notum minus. Nam æqualium bacillorum exemplo Archimedis compositio & longè strictæque chartæ inuolutio suspicionem hanc non adimit, & tria inuisibilia literarum genera. Dermaticum, Hyphasmaticum, Alleoticum, nota esse possunt quamplurimis: quorum tertium ab illo obscure traditum est. Eius (inquit) scriptura fit cum charta vel sine, nemilua & cala, cum rapho, tu lapolce. Scribuntur item literæ ac variis modis absconduntur & locis, ut sub race tabulata, sub rosi rila cubior, in leopi, in necoflas, in cercali, locubat, in ratera, in lispilia. hæc sic intellige ex vario situ syllabarum fieri scripturam alumine, lacte, camphora, cæpe. Cælari autem & tegi sub cæra sub orbiculari non rofi sed lofi, id est filo, in pileo, flacone, calice, baculo, terra, denique in humanis pilis: de quibus apud Au. Gellium<sup>40</sup> plena est narratio. Verum admoneo quæ alumine scribuntur, aquæ humorem: quæ sale ammoniaco, aut cæparum succo, ignis calorem expetere ut legi queant. Huius generis est præpostere scribendi illud Arnaldi Villanovani, Azoc cum engi omnia perficit, id est caos cum igne: Atque aliud Tritemii, lector mitis vale, id est sitim leua, aliaque in magicis ac chemicis prope infinita. Sed quæ parem inuento Tritemiano utilitatem confert, laborem autem longe minorem. Concisè est chartæ subtilitas, quam scriptorem & lectorem similem habere oportet, eique in qua scribitur imponere, ut ea demum in sulcum seu lacunam cadant, quæ occulta esse cupimus. Adde huic facilem viam & ab omni suspitione alienam, quam Tritemius his verbis cëlauit: Fuetunt qui accidentiis visibilibus minuta discernent, quorum prudentia nox vertebatur in diem, & sine bubonum ministerio lux splendebat in tenebris. hanc vero ego unam ex omnibusui meo propriam dicaui. Est & alia occulte scribendi ratio (authore Beda Saxone<sup>41</sup>) ex numerorum notis: si causa (inquit) secretior exigat, iii, j, xx. xix, v, i, vii, si scribas, caute agendum mones. c, enim tertia litera est: a, prima, &c. sed Græcorum literis facilius disci simul, atque agi qui non: ut latini, paucis iisdemque geminatis elementis suos numeros solent exprimere: verum toto alphabeti sui caractere in numerorum figuras expenso, tres qui supersunt numeros notis singulis depingunt, eundem pene numeri figurandi quam scribendi alphabeti ordinem sequentes, hoc modo:

40 *Gellius.*

41 *Beda Saxo.*

1	2	3	4	5	6	7	8	9
α	β	γ	δ	ε	ς	ζ	η	θ
10	20	30	40	50	60	70	80	90
ι	κ	λ	μ	ν	ξ	ο	π	σ
100	200	300	400	500	600	700	800	900
Ρ	Σ	Τ	Υ	Φ	Χ	Ψ	Ω	Ϡ

Habent Hebræi suos quoque (ad quorum imitationem Græcos verisimile est suas literas reduxisse) unde in Psalmis Latinis Dauid negat se literaturam tenere. i. bonorum numerum quæ deus in illum contulit. Numeros hic non ascripsissem, nisi paulo post ad grauiorem usum depromendi forent. Subtilior multo est ex hoc quoque genere gesticulatoria loquendi ratio<sup>42</sup> per numerarias digitorum notas antiqua valde & a solo Beda ab obliuionis interitu seruata: Cum dicis (inquit) unum, minimum in læua digitum inflectens in medium palmæ artum infiges. Cum dicis duo, secundum a minimo flexum ibidem impones. Cum dicis tria, tertium similiter adfectes. Cum dicis quatuor, ibidem minimum leuabis. Cum dicis quinque, secundum a minimo similiter eriges. Cum dicis sex, tertium nihilominus eleuabis, medico dumtaxat solo, qui medicus appellatur, in medium palmæ fixo. Cum dicis septem, minimum solum cæteris interim leuatis, super palmæ radicem pones. Iuxta quod cum dicis octo, medicum. Cum dicis nouem, impudicum e regione compones. Cum dicis decem, unguem indicis in medio figes artu pollicis. Cum dicis viginti, summitatem pollicis inter medios indicis & impudici artus immittes. Cum dicis triginta, ungues indicis & pollicis blando coniunges amplexu. Cum dicis quadraginta, interiora pollicis lateri vel dorso indicis superduces, ambobus dumtaxat erectis. Cum dicis quinquaginta, pollicem exteriori artui instar r literę curuatum ad palmam, inclinabis. Cum dicis sexaginta, pollicem ut supra curuatum indice circumflexo diligenter a fronte præcinges. Cum dicis septuaginta, indicem ut supra circumflexum pollice immisso superimplebis, ungue illius dumtaxat erecta trans medium indicis artum. Cum dicis octoginta, indicem ut supra circumflexum pollice in longum tenso implebis, ungue videlicet illius in medium indicis artum infixæ. Cum dicis nonaginta, indicis inflexi unguam radici pollicis infiges. Hactenus in læua. Centum vero in dextra, quemadmodum decem in læua facies. Ducenta in dextra,

42 *Notaria loquendo ratio.*

quemadmodum viginti in læua: Trecenta in dextra, quemadmodum triginta in læua. Eodem modo & cætera usque ad nongenta. Item mille in dextra, quemadmodum unum in læua: duo millia in dextra, quemadmodum duo in læua. Tria millia in dextra, quemadmodum tria in læua, &c. usque ad nouem millia. Porro decem millia cum dicis, læuam medio pectori supinam appones, digitis tantum ad collum erectis. Viginti milia cum dicis, eandem pectori expassam late superpones. Triginta milia cum dicis, eadem prona, sed erecta, pollicem cartilagine medii pectoris immittes. Quadraginta milia cum dicis, eandem in umbilico erectam supinabis. Quinquaginta milia cum dicis, eiusdem pronæ, sed erectæ pollicem umbilico impones. Sexaginta milia cum dicis, eadem prona fœmur læuum desuper comprehendes. Septuaginta milia cum dicis, eandem supinam femori superpones. Octoginta milia cum dicis, eandem pronam fœmori suppones. Nonaginta milia cum dicis, eadem lumbos apprehendes, pollice ad inguina verso. At vero centum milia, ducenta milia &c. usque ad nonaginta milia, eodem quo diximus in dextra corporis parte complebis. Decies autem centena milia cum dicis, ambas sibi manus insertis inuicem digitis implicabis.<sup>43</sup> Hac ratione Plinius<sup>44</sup> scribit Ianum a rege Numa dicatum digitis ita figuratis stetisse, ut trecentorum sexaginta quinque dierum nota per significationem anni, temporis & æui, se deum indicaret. Sic Martianus Capella<sup>45</sup> de Arithmetica: Digiti vero virginis recursantes, & quadam incomprehensæ mobilitatis scaturigine vermiculati: quae mox ingressa septingentos decem & septem numeros, complicatis digitis Iouem salutabunda surrexit. Tum philosophia ut Tritonidem propter astabat, quid numero tali Arithmetica intulisset exquirat. Cui Pallas, Proprio (inquit) Iouem nomine salutauit. Ioannes Picus dux Mirandulæ ea disputatione qua Romæ nongentas proportionales de reconditis absconsisque rebus aduersus omnes omnium gentium philosophos magno totius Europæ concursu afferuit, quendam hac ipsum Dactilologia aggressum, solisque digitis argumentatum eodem sermonis more confutauit. Non ignorauit quidem Io. Tritemius,<sup>46</sup> sed enucleare in polygraphia noluit, & Stenographiæ suæ reseruauit.

Beda (inquit) in libello de inuentis antiquorum multa descripsit artificia, quibus iter mysteriis lucidum fecerunt opa cum. Ipse artologiam primus memoriæ posteritatis commendauit, & dactilologiam inuenit. Omnis vero hæc digitaria oratio in eo consistit, ut cum literis

43 *Ars notoria loquend.*

44 *Plinius.*

45 *Martianus Capella.*

46 *Tritemius* [Iohannes Trithemius sic sua *Steganographia.*]



exprimere quicquam volumus, eos numeros articulando promamius, qui literæ cuique sunt destinati.

Hoc artificio in consessu & conuiuio alter alteri suas cogitationes reliquis insciis potest enunciare: quod si Paris ille Troianus sciisset, commodiore usus esset amoris sui ad Helenam interprete quam Ouidiano:<sup>47</sup>

Orbe quoque in mensæ legi sub nomine nostro  
Quod deducta mero litera fecit, amo.

Fuit autem sua olim quoque Latinis literaria numeratio a Probo memorata: sed (ut Beda iam dicebat) manca & mutila, inepto per I monalem supplemento: perfecta post a Tritemio & ad exemplum Graecæ atque Hebrææ redacta, qua non minus commode nobis quam illis sua uti licet. Porro succedit notariæ loquendi arti ars memoriæ,<sup>48</sup> quæ in notis similiter consistit: cui quoniam loca sunt pro cæris, imagines pro literis: a Cicerone<sup>49</sup> dicta est germana literaturæ: quæ cum sit custos & thesaurus quasi quidam artium reliquarum, perspicuum est quanti sit a nobis æstimanda. Nam quanuis illa sine naturali nulla sit, id est si cerebri posterior pars aut præ siccitate adeo obduruerit, ut tanquam in adamante insculpi nihil queat: aut adeo humescat, ut in ea nemo magis quem (ut ait Catullus)<sup>50</sup> In vento & rapida scribere possit aqua: Certe mediocrem naturæ vim permultum arte iuuari in confesso est: quæ si cui sit eximia atque illustris, ad eamque accesserit (ut ait Cicero)<sup>51</sup> ratio quædam confirmatioque doctrinae, tum illud nescio quid præclarum ac singulare solet existere Seneca enim, Mithridates, Cyrus, L. Scipio, Fabius Maximus, Lucullus, aliique complures huius artis ope fecerunt, quæ omnes homines in summam admirationem traherent, Seneca<sup>52</sup> autem (ut de se ipse fatetur) duo milia nominum recitata, quo ordine erant dicta, referebat: & ab his qui ad audiendum communem præceptorem conuenerant, singulos versus a singulis datos (cum plures quam ducenti efficerentur) ab ultimo incipiens usque ad primum reddebat. Ego vero ex pauco usu in Panegyrico Pictauesium theologorum & publica iuris ciuilibus disputatione artis commoditatem expertus sum quam maximam: cum memoria (authore Quintiliano) sicut cæteræ res excolendo plurimum augeatur. Nec tot tantique viri Græci & Latini, Simonides Inuentor, Metrodorus, Sceptius, Cicero, Quintilianus, Lullius, Petrarcha, Rauennas, Bustius Romberch, huius

47 *Ouidius* [Ovid]

48 *Ars notoria memoriae*.

49 *Cicero*.

50 *Catullus*.


51 *Cicero*.

52 *Seneca*.

artis præcepta literis mandauissent, nisi magnum quoddam studiorum adiumentum in ea esse sensissent. A cuius ampliori tractatione eorum scripta me reuocant: dicam tamen præter peruulgatam eius institutionem, maximam vim mihi videri in P. Poccenti Montenouani accessione: nempe in usu alphabeti organici atque animati, in perpetua imaginum omnium actione & motu: eumque inter omnes breuissimis præceptis hanc exercitationem optime instruxisse: qua duce Cosmographia uniuersa, prolixæ principum genealogiæ, in medicina simplicium rerum infinitas in Astrologia stellarum numerus, in iurisprudentia capita legum, cæteraque memoria certa constantique comprehendi possunt, in quibus naturæ solius vires profecto fatiscerent.<sup>53</sup> Iuuabit hic postremo inserere notarum organicarum insigne artificium, quo solo licet obsessos ab hoste de nostro consilio facere certiores. Tritemius Diapiramata appellauit, cuius discipulus Agrippa more magico scripturam esse dixit in circulo Lunæ, quoniam tantum in nocturnis tenebris legi potest, longo loquentium seu scribentium ab urbe interuallo: fit autem quinque facibus accensis certo spacio constitutis, singulis literas quatuor significatibus, primam, sublatis: secundam, motis in dextram partem: tertiam, in læuam: quartam, depressis. Quod Vallo<sup>54</sup> in re militari satis implicate & obscure nunc una face nunc duabus factitauit.

53 *Notaria locutio è volde disianti loco.*

54 *Vallo.*



Nec ignoro Agrippam ipsum videri hoc tacite ad geometricam subtilitatem referre: cuius ratio (quam non explicat) forte talis esse posset, ut speculum planum quam maximum edito loco ad perpendicularum suspendatur, aliudque manu teneatur, cuius facies nec recta prorsus nec supina spectet illud quod est superne collocatum. Sic enim ea videbis etiam quæ interiectis muris gerentur. Sed negat quidam Græcus author quicquam legi posse, præterquam luna plena directaque inter scribentem pariter & legentem propter radiorum opticam rationem.



Am alteram partem ingredior, cui me libelli titulus obligavit, de mysteriis notarum,<sup>55</sup> non tam spe illius enucleandæ prorsus & a tenebris in lucem protrahendę, quam muniendæ aliis viæ voluntate. Ardua enim est proculdubio præterque

55 *De mysteriis notarum.*

omnes artium omnium subtilitates difficilis: nec cuius absolutam & consummatam notitiam sibi debeat arrogare, nisi qui doctrinarum omnium circulum scientia sit & cognitione complexus. Sed par est (ut ait Cicero<sup>56</sup>) omnes omnia experiri, qui res magnas & magnopere expetendas concupiscunt: qui si, quod tanto studio affectant, facultate consequi nequeant, certe animi præclara tentantis laude non carebunt. Sunt igitur in Aegyptiis, Hebræis, Græcis, Latinisque sacrosanctæ vetustatis monumentis plura occulta mysteria: quæ nisi propius inspicienti & acuenti, quodam modo intelligentiam, facile patere non solent: ita fabulis, ænigmatis, parabolis, antiqui philosophi & poetæ sapientiam a profanæ multitudinis sensu remouerunt, iis demum in adyta angusti templi admissis, qui animi cultu & meditationis industria quasi sacris eorum essent initiati. At vulgo ab his qui totos sese literis abdiderunt, leguntur libri, libri (inquam) & cortices non reputantibus. Plauti<sup>57</sup> consilio eum qui velit edere nucleum, nucem frangere oportere hic subit animum peracerba recordatio præmaturi Pici<sup>58</sup> illius interitus, qui mihi videbatur inter tot præstantes ingenio atque eruditione sui seculi viros solus eruendis mysticæ sapientiæ thesauris animum adiecisse, cum mors pulchrum illum conatum in medio quasi cursu nimis violenter abruptit. Atque (ut ordiamur a maximis) cui tandem mortalium non est Sibyllæ nomem auditum? Hanc (ait Varro<sup>59</sup>) non solum cecinisse quæ dum viueret prodessent hominibus, sed etiam quæ cum perisset ipsa, & id etiam ignotissimis quoque hominibus, ad cuius libros tot annis post publice solemus redire, cum desideramus quid faciendum sit nobis ex aliquo portento. In illa scribit Plinius diuinitatem & quandam cælitum societatem fuisse. Prætereo lubens de numero earum & gente varias incertasque adhuc contentiones. si plures fuere: sit saltem princeps Cumana Vergilio, Erythre Constantino, cuius dicuntur hodie extare & a Sebastiano Castellione<sup>60</sup> reuocati tanquam ab inferis libri. In his ergo Deum Nohe loquentem audiamus:<sup>61</sup>

Εννέα γράμματ' ἔχω, τετρασύλλαβός εἰμι, νόεϊ με.  
 Αἱ τρεῖς αἱ πρώται, δύο γράμματ' ἔχουσιν ἐκάστη,  
 Αἱ λοιπαὶ δε τὰ λοιπὰ καὶ εἰσὶν ἄφωνα τὰ πέντε  
 Του παντός δ' ἀριθμοῦ ἑκατοντάδες εἰσὶ δις ὀκτώ,  
 Καὶ τρεῖς τροῖς δεκάδες, σύν γ' ἐπτά. Γνοῦς δε τίς εἰμι. Οὐκ  
 ἀμύητος ἔση της παρ εμοὶ σοφίης,

56 Cicero.

57 Plautus.

58 Picus.

59 Varro.

60 Castellio.

61 Sibylla. [[Oracula sibyllina.](#)]

Latine ab eo sic expressos paulumque claudicantes, hoc modo restituumus:

Sunt elementa nouem mihi, sum tetrasyllabus: en me  
Percipe quæque trium primarum syllaba constat  
Duntaxat binis elementis: cæteta restant  
In reliquis: quorum sunt non vocalia quinque.  
Totius numeri bis sunt hecatonades octo,  
Et ter treis decadescum septem, Si scierisme, Ignarus  
sophiæ non potes esse meæ.

Quid maius potest hominibus, quam diuinam sapientiam polliceri? Quid facilius, quam ex serie & discrimine literarum & summa numerorum, qui illarum notis significantur? Quis sanè mentis cæteris studiis abiectis, non deinceps omnem aciem ad hoc diuinum nomen consequendum conuertet? Cum enim nomen, rerum naturas discernendi docendique sit instrumentum diuinum, in Ideæ diuinæ cognitionem deducet. Quod Plato venerandum multo magis quam delubra sanxit: Socrates reuerentiam sibi esse erga illud affirmat omni humana formidine grauiorem. At non nullos audio diu multumque dei varia nomina in digitos misisse (Castellione ignorantiam suam ingenue confesso) reperisse vero quod cum literarum ratione consentiret, discreparet a numero: Id, verbum Græcum est ab Hermete, Lullio, & Arabum officina (qui telluris viscera studiose perscrutati sunt) in magia naturali usurpatum: Calid Iudæus canem masculum Corasenin per metathesim appellauit, Virgilius ex Sibylla per ethimologiam in fatali Ramo: quem nec viribus ullis.

Vincere, nec duro poteris conuellere ferro.<sup>62</sup>

Quod ad numerum attinet, aiunt illi locum hunc in Sibylla esse corruptum, certo iudicio nouissimi versus pentametri in opere heroicorum uniuerso. At diuinum illud nomen non est, nisi Martis victorias præseferre dicas, aut Hermetis esse cui Aegyptii diuinos honores tribuere, magnam tamen immutationem fieri necesse est antequam illi numeri Sibyllini conueniant. Sed libera sit cuique sua diuinatio, palma (ut Terentius ait) in medio posita est, laus publica. Addam tamen ex poeticis fabulis Musas esse nouem literarum ptesides, Iouis filias & Mnemosines, ut his nouem elementis diuinum nomen memoriæ æternæ consecratur: Numerum porro nouem non absque mysterio triadem sacram triplicare. Magnum quoque aliud in paribus notis mysterium Sibylla patefecit, cui tota hactenus gens Iudæorum

62 [Virgil, Aeneid VI.]

inueniendo laborauit. Messiae enim nomen tantis votis expectati his literis & numeris detexit:<sup>63</sup>

Δή τότε και μεγάλοιο Θεού παῖς ανθρώποισιν  
Ἦξει σαρκοφόρος θνητοῖς ὁμοιούμενος εν γῆ  
Τέσσαρα φωνήεντα φέρων τὰ δ ἄφωνα εν αὐτῷ  
Δισσὰ τ ἀγγέλλω ἀριθμόν δ ὅλον ἐξονομήνω  
Οκτῷ γάρ μονάδας τόσσας δεκάδας δ ἐπὶ ταύταις  
Ἦδ ἑκατοντάδας οκτῷ ἀπιστοκόροις ἀνθρώποις  
Οὐνομα δηλώσει.

Latina sic facta a Castellione:<sup>64</sup>

Tunc ad mortales veniet mortalibus ipsis  
In terris similis, natus patris omnipotentis,  
Corpore vestitus, vocales quatuor autem  
Fert, non vocale esque duas binum geniorum.  
Sed quæ sit numeri totius summa docebo:  
Namque octo monadas, totidem decadas super ista  
Atque Hecatontadas octo infidis signifi-  
Humanis nomen.

Hodie nemo dubitat nomen Ἰησους hic constat significatum, quod vocalibus literis quatuor & consonantibus duabus, quæ in lingua Græca efficiunt 8 8 8. In quo mirari licet excellens in his tribus notis mysterium: quæ tres cum sint, una est tamen 8 unius ternique dei index. Unde Hilarius<sup>65</sup> simplicem ogdoadem & ogdoadis decadem ait sacramentum triadis continere. Erat quoque hic locus deprauatus, sed facile restitutus ab interprete. Cuius a veteribus Christianorum Pythagoreis huiusmodi mysterium explicatum fuit.<sup>66</sup> Iesus hanc habet inenarrabilem genesim: a matre uniuersorum, id est primi quaternionis in filiæ locum processit secundus quaternio, & facta est, ogdoas, ex qua processit decas, sic factum xviii Decas itaque adiuncta ogdoadi & decuplam faciens octogies decies, id est octingentorum numerum fecit, ut sit uniuersus literarum numerus ab ogdoade in decadem progrediens D. ccc.lxxxviii pariat, quod est Iesus. In quo cælestis Iesu genesis latet. Quapropter alphabetum Graecorum habet monadas viii decadas viii hecatontadas viii numerum illum significans, id est Iesum omnibus numeris absolutum. Ideoque α & ω nominatum, quoniam omnia ad eius genesim concurrerunt. Prius autem quam huius nominis vi literarum

63 *Sibylla.*

64 *Castellio.*

65 *Hilarius.*

66 *ex Irenao.*

insigne apparet, mortales in ignorantia magna fuisse. Quod carne amictum est, ut in eorum sensum descenderet, eiusque postea cognitio discussio fuit tenebrarum, viaque ad vitam & veritatem. Præter hæc duo diuina nomina multa sunt alia in iisdem Sibyllæ scriptis simili literarum numerorumque velo occultata. Alia quoque in eis latet scribendi solertia (ut Cicero<sup>67</sup> ait) quæ ἀηροσιγς dicitur, cum deinceps ex primis versus literis aliquid connectitur, ut in quibusdam Ennianis. Atqui in Sibyllinis ex primo versu sententiæ primis literis illius sententiæ carmen omne prætextitur. Nos vero in nostris unum demum proferre possumus: Ἰησοῦς Χρῆστος θεοῦ υἱὸς σωτὴρ σαυρὸς, id est Iesus Christus dei filius, seruator, crux. Hoc genere acrosticho libenter usus est Plautus<sup>68</sup> in comediarum prologis ad earum nomina edenda. Alii plura sunt complexi tanto maiore futilitate, quanta subtilitate. Porro hodierni Sibyllæ libri quanquam mihi mirabiliter scripti videantur, maius tamen quiddam de veteribus illis maiores nostri opinione concipiendum vel suspicandum nobis reliquerunt. Nec temere forte de illorum fide dubitauerim, cum multa ab ea scripta olim memorentur, quæ in his fragmentis non apparent. Et cur hæc potius pauca ad nos tantoque interuallo redierunt, quam toti vigintiquatuor libri quot scripsisse illam Suidas<sup>69</sup> author est, Caldæa, ut refert ex multis Eugubinus,<sup>70</sup> fuit: cur ergo Græce cecinit, cum lingua illa & vetustior & quodammodo sanctior inter Magos habeatur, unaque ex omnibus diuinitus hominibus data credatur: si Græcorum rationem præcipuam habere voluit? At illorum minima mentio: Latine potius scribere oportuerat, cum potissimum de Imperio Romano ageret, & Romæ oraculum suum constitutum & stabilitum iri præsentiret. Hei quam vacillant priscorum de illa testimonia. Phoebas erat (ait Constantinus<sup>71</sup>) & anguis custos, supra tripodas, Intraque cortinas responsa dabat. Parum ista diuinatio cum nostra religione consentiens. Deuecti sunt (inquit ille) e Babylonia libri eius Romam. Liuius illam in Italiam venisse scribit. Plinius<sup>72</sup> ad Tarquinium regem libros detulisse, Aul. Gellius<sup>73</sup> precio recusato sex exussisse, tres reliquos tanti vendidisse, quanti omnes ante fecisset. Nec de rege ipso constans fama est Priscus an Superbus fuerit. Præterea uniuersum poema (authore Cicerone) ἀηροσιγς constabat: unius modo edere exemplum licet. Itaque haud temere D. Augustus cum in pontificatu suo fatidicos libros cremauit, solos (inquit Suetonius<sup>74</sup>)

67 Cicero.

68 Plautus.

69 Suidas.

70 Eugubinus.

71 Constantinus.

72 Plinius. [Pliny]

73 Gellius.

74 Suetonius.

Sibyllinos retinuit, hos quoque delectu habito condiditque duobus foculis auratis sub palatini Apollinis casi. Postea Tiberii temporibus relatum fuit (teste Tacito<sup>75</sup>) ad patres a Quintiliano tribuno plebis, de libro Sibyllę, quem Caninius Gallus quindecimuir recipi inter cęteros eiusdem vatis & ea de re Senatusconsultum postulauerat. Quo per discessionem facto, misit literas Cęsar, modice tribunum increpans ignarum antiqui inoris ob iuuentam: Gallo exprobrabat quod scientię cęremoniarumque vetus antistes (incerto authore) ante sententiam collegii non (ut assolet) lecto per magistros ęstimatoque carmine apud infrequentem Senatum egisset. Simul commonefecit, quia multa vana sub nomine celebri vulgabantur, sanxisse Augustum, quem intra diem ad Prętorem urbanum deferrentur, neque priuatim habere liceret: quod a maioribus quoque decretum erat post exustum sociali bello Capitolium, quęsitis Samo, Ilio, Erythris, per Africam etiam ac Siciliam & Italicas colonias carminibus Sibyllę (una seu plures fuere) datoque sacerdotibus negotio, quantum humana ope potuissent vera discernere. Igitur tunc quoque notioni quindecimuirum is liber subiicitur. Vides hic vides permulta vagari vana sub celebri nomine, de numero non satis consensisse, magnum iudicium adhibendum in veris falsisque discernendis. Quanti enim intererat reipublicę scripta falsa non esse, quorum consilio reges aut recipi deberent, aut in regnum reduci, religiones suscipi reiiicive, denique maximę quęque res imperii administrari. Nempe illud quanti, rogo, erat momenti, quod Cicero<sup>76</sup> de Sibyllinis scribit? Nuper eorum interpret falsa quędam hominum fama in senatu dicturus putabatur, eum quem reuera regem habebamus, appellandum quoque esse regem, si salui esse vellemus. Quam vaticinationem de Christo Eugubinus recte interpretatur: sed quemadmodum sacri vates in Dauide, Iona, Salomone, atque aliis regibus futura de illo cecinerunt: ita Sibylla, quam inter Prophetas recipit Lactantius,<sup>77</sup> de C. Iulio Cęsare sentiebat, qui post Pompeium deuictum re ipsa regnabat. Regium autem nomen obtinere a Romanis non poterat, illis post exactos a Iu. Bruto reges supra cętera maxime odiosum. Itaque quo die de eo acturus in senatu timebatur, in illum coniuratum fuit, ex qua cęde noua bella ciuilia, triumuiratus, proscriptiones, totus orbis terrarum sursum deorsum bellis agitatus. Quod Cęsarem quoque ipsum solitum (ait Suetonius<sup>78</sup>) ferunt dicere, non tam sua quam Reipublicę interesse uti saluus esset, se iam pridem potentię glorięque abunde adeptum: rempublicam si quid sibi eueniret, neque quietam fore & ali quanto deteriore conditione ciuilia bella

75 *Cor. Tacitus.*

76 *Cicero.*

77 *Lactantius.*

78 *Suetonius.*



subituram. Unde Iudæi hunc Messiaë sui typum suspicati, inter exterarum gentes præcipue sunt lamentati: adeo ut noctibus continuis soli bustum frequentarent. Quod autem contra affert Eugubinus de Cæsare Sibyllinos versus intelligi nequiuisset: Ciceronemque post eius cædem libros de diuinatione scripsisse, ex Suetonio facile iudicatur. Proximo (inquit) Senatu percrebruit fama L. Cottam quidecim uirum sententiam dicturum: ut quoniam libris fatalibus contineretur Parthos nisi a rege non posse vinci, Cæsar rex appellaretur. Itaque ad imperii Romani constitutionem Cæsar a Sibylla intelligebatur, sub quo mysterium regis cælestis latebat, quem (ut re vera regem habemus) sic nominare debemus: si salui esse volumus: Pontium Pilatum Tiberii imperatoris procuratorem secuti in ea sententia, Ergo rex es tu. At hæc quoque fatalis de rege clausula in nouis Sibyllæ versibus non extat, cum ante Christi aduentum commodum esset locum sortita: quinetiam alia multa mihi fidem abrogant. Liceat itidem duo Illa patris & filii nomina a nobis paulo ante tractata, ad incudem reuocare. Ait Sibylla hæc, diuinum nomen esse nouem literarum: quis nescit quanta sit in tetragrammaton omnium gentium seculorumque consensio Aegyptii Theut nominant: Persæ, Syre vel Cyre: Magi, Orsi, unde Oromasis: Græci, Theos: Arabes, Alla: Machomet, Abdi: Latini Deus. In quibus iuuat contemplari similitudinem Aegyptii, Græci, Latiniq; nominis, scilicet metuentibus Græcis virtutem verbi sacri violare, si literas illius præcipuas immutassent (ut Origenes<sup>79</sup> contra Celsum censuit) quos Romani velur simiæ sunt insecuti. Ego sum (Deus ipse ait) qui sum. Quod Rabbi Nehumias<sup>80</sup> ad Antonium consulem probat aliud quam Hebraicum Iehoua<sup>81</sup> esse non posse, cum hoc (quantum opis est humanæ) essentiam Dei significet, reliqua ex effectis posterioribus deducta sint. Cuius opinioni Reuchlinus<sup>82</sup> in *Cabala & verbo mirifico* ascribit suam: Ego vero Latinam Iouis appellationem indico quam proxime ad illam accedere, quam recto casu sic veteres non Iupiter efferebant, ut in versu duodecim magnorum deorum,

Vesta, Ceres, Ioui? Neptunus, Vulcanus,

Transeamus ad nomen secundum Ἰησοῦς, quod Irenæo aduersus Valentinum confutandum relinquam. Falsum commentum eorum & instabile figmentum, quod per numeros aliquando, & per syllabas nominum, aliquando per syllabarum literas, & per numeros qui secundum Græcos in literis continentur, tentant inferre probationes. Iesus autem nomen alterius linguæ ad Græcorum numerum

79 *Origenes.*

80 *Nehumias.*

81 Text: Iehona.

82 *Reuchlinus.*

transferentes, aliquando quidem Episemon esse dicunt, sex habens literas, aliquando autem plenitudinem, ogdoada Dccc lxxxviii numerum habens. Græcum autem nomen eius, quod est Soter, id est seruator, quia non conuenit figmento eorum nec secundum numerum nec secundum literas, tacuerunt. Hæc autem in nullo communicant pleromati eorum, Hebræum nomen cum sit, par erat ad eorum numeros literas illius accommodari, quæ quidem tum vetustate tum augusta quadam sanctitate cæteris facile linguarum elementis antecellunt. Hæc sunt præter cætera quæ fidem multorum ab his carminibus suspenderunt ac cohibuerunt (quæ Sibyllæ hodie ascribuntur) iudicantium illa ex Lactantii, Augustini, atque aliorum centonibus esse consuta, aut has numerationes mysticas ingeniose interiectas fuisse. Surgit ex aduerso e D. Ioannis Apocalypsi<sup>83</sup> nomen Antichristi diuino huic contrarium: quod in pari obscuritatis latebra delitescit. Hic sapientia est. Qui habet (ait) intellectum, computet numerum bestiæ: numerus enim hominis est, & numerus eius 1666. Agnoscis per eandem senarii notam multiplicationem denarii atque centenarii: eadem enim nota est arithmetica 6 in 666 antichristi sicut 8 in 888 Iesu Christi. Quod quidam duobus sunt verbis interpretati: uno, ex regione dorice nuncupata, altero ex quarta virtute quaternionis, a quo (Irenæo<sup>84</sup> teste) veteres Christianorum Pythagorei genesim prodiisse dicunt, eius qui in terris extitit Iesu. Omitto similes ex numeris Dionysii, Hilarii, atque Tertulliani diuinationes, quæ altiisimæ sunt contemplationis. Vereor enim Socratis exemplo, de diuinis rebus prolixius disputare. Numeri porro cum extra calculum trahuntur, veræ sunt notæ, quibus Pythagoras<sup>85</sup> aliique sanctiores philosophi ad rerum maximarum adumbrationem usi sunt perlibenter. Quos Tritemius ille in alphabetorum Polygraphiæ infinitate imitatum sese profitetur, magiæque mystetia omnia tum naturalis tum cælestis sub numerorum simplicitate texisse. Inest (inquit) sapienti mens sana in corpore bene morigerato, quæ desiderio sublimioris intelligentiæ sursum acta, cum per similitudinem binarii a ternario redierit in unitatem, deinceps iam facile ad denarium consurget. Samius ille philosophus discipulos monuit non esse quaternarii obliuiscendum: In quo prima numerandi perfecto comprehenditur: Sic etenim numeramus:

unum, duo, tria, quatuor, siste mentem: habes namque decem. Denarius enim perfectionis est caput. Quid, sunt undecim, nisi denari & unitas? Quid viginti? Bis decem. Quid triginta: Ter decem. Quid quadraginta? Quater decem. Centum habes & a quaternario minime recessisti.

83 *Ioannes in Apocal.*

84 *Irenæus.*

85 *Notæ Pythagoricæ.*

Et quid sunt centum, nisi decies decem? Profunda in his latent mysteria, & paucis sunt manifesta. Amore breuitatis silentio plures præterimus, qui naturam arte iuantes, archanis prudentiam adhibuerunt: & quod nescientibus multis videbatur impossibile, sagaci studio in usum facilem produxerunt. Culta mens grandia potest: & qui adhæret deo intelligentia, fit mundo altior.

Huic vero mysticæ numerationi lucem aliquam ex Aristotele<sup>86</sup> inferre tentemus. Cuius de perfectione denarii hæc est sententia. Omnes nationes ad decem usque numerare, tot digitis ad calculum homines creari, quod cum semper ac ubique fiat, naturæ potius quam fortunæ esse tribuendum. Perfectum autem illum numerum esse, qui omnia contineat genera numerandi, par, impar, quadratum, quadrantale, longum, planum, primum, compositum. Fontem etiam & principium esse, qui ex uno, duobus, tribus, & quatuor constet: maxime cum numeris quatuor cubicis uniuersum constare Pythagorei censeant qui denaria proportionem consummatur. Sic autem ad numeros per gradationem, illi omnia referebant, ex his (aiunt) concurrunt puncta in lineas, ex line figuræ planæ, ex planis solidæ, ex iis solida, composita, atque elementorum corpora. De quaternione autem illo sacro non alieno a diuino nomine peruulgatus est inter philosophos Plutonicos hic versiculus,

Quatuor ex uno fiunt, & quatuor unum.

Quod ad prima corpora elementorum referri oportet, ex quibus certum est existere quæ videmus omnia? Porro ut tria ad unum per duo reducantur, tantum inesse momenti, non aliunde melius innotescet, quam ex epistola Tritemii ipsius ad principem Ioachimum Imperii electorem:<sup>87</sup> quam quidem ille ipse cum reliquis suis in lucem prodire non siuit.

Imprimis (inquit) necessarium est homini magiæ studioso, ut natura sit ad eam, non solum propensus, sed etiam dispositus, aut a magistro disponatur per rectificationem a ternario in unitatem per binarium diuisum:

Clarius declarare tibi literis nec possum nec velim. Deinde necesse est ut uniuersi diuisionem sciat, & totius tam inferioris quam superioris ab uno usque ad quaternarium in ternario quiescentem, noueritque

<sup>86</sup> *Aristoteles.*

<sup>87</sup> *Epist. Tritemii ad March. Ioach Iræneus.* [But compare Ioannis Trithemii apud Peapolis (1522). See discussion in Stephen Clucas, "Pythagorean Number Symbolism", *Aries 10.2 (2010)*, pp. 149-167, especially pp. 155 ff.]

ordinem ascensus & descensus, gradum, numerum, fluxum, refluxum, esse & non esse, unum & tria: Quod scire difficillimum est, & omnium mirandorum effectuum radix est fundamentum in magia tam naturali quam supernaturali. Et qui hunc ordinem comprehenderit, ipsumque modum intellexerit, erit in omni profunda scientia consummatus, sine quo vanus est & inutilis in magia labor. Præterea nosse illum opus est debitum ordinem laborandi, tempus, horam, opus, operisque dominum planetam, locum, formam, materiam, commixtionem, purum & impurum, simplex & compositum, simile, diuersum, connexum cunctorum. Postea ipsius animę mensuram, virtutem, bonitatem. Item sciat oportet sub cuius planetæ, spiritus, horæ, diei ac temporis sit dominio quęlibet res mundi secundum substantiam, accidens, & effectum, maxime per quem operantur in inferiora. Sunt enim superioribus subiecta, & sola similitudine (quæ solo accidente, potentia, & virtute, numero, gradu, ordine ac proprietate constat) per applicationem unius ad aliud modo in arte firmata mirandorum in magia naturali sit utilis operatio. Item necesse est omnium intelligentiarum proprietatem, ordinem, gradus, loca sine locato, nomina sine verbo officia sine opere, quemadmodum media in ordine se habent ad extrema, & quomodo per ea operandum sit in qualibet intentione. Uniuersalis autem primum necessaria est scientia, per quam perficiuntur. Quemadmodum caro ne putrescat sale conditur: Nemo in his proficere potest, nisi socios habeat a natura dignos, aut magistri institutione dignificatos.

Addam lubens horum mysteriorum subtilem interpretationem ex alia ipsius ad amicum quendam epistola<sup>88</sup> (quam pariter in manus hominum venire noluit.) mutila quidem & corrupta, sed talem malui quam nullam dare. Hæc (inquit) radix omnium creaturarum prima diuisionalis ramum scientiæ consummataë producit. Cuius aduocatione ista quatuor sunt matres eorum, quę in nouissimo ordine quatuor sunt patres eorum, quæ in primo nexus omnium horum primum & ultimum, simplex & purum unicum omnia tangit.<sup>89</sup> Terra, simplex elementum, purum & primum, ab uno procedens, non componitur, non mutatur, non patitur commixtionem:

sed manet quod est incorruptibile, in uno consistit unum: unum enim non est numerus, in unitate manet unum, & per complexionem efficit ternarium, quem, octies complectens mirabili natura reducit ad unum. Virtus eius nulli magorum explanabilis omnia potest. Nec est illud deus quem colimus, creatura est animi hominis imago, nec

88 *Epistolæ Tritemii ad vir. dess.*

89 *Alias tingis.*

viua nec mortua, mirabilium tamen effectrix. Et dico quicumque huius puræ simplicitatis & simplicis puritatis notitia sublimatus est, in omni scientia naturali & occulta, consummatus erit. Bonum simplex & unicum est per ipsum, non solum similia, sed & dissimilia multa sunt. Terra, elementum naturæ purum & simplex est, quia compositum ascensu fit multiplex & impurum, reducibile tamen per ignem & amorem, in aquam scilicet cælestem, ab illa in ignem, id est angelos. Ab illo in unum simplex, id est anima mundi. Numerus & numeratur & non numeratur, quia natura simplex & accidente compositum. Ideo numerari non potest, quia ante unum non est numerus. Numeratur autem ab unitate unum absolutum, sed inclusum: & dicitur unum inclusum, unumque per unum, ab uno tamen scilicet deo & non natura factum, quia ternarius esse cum uno vult, naturaliter unum per se potens in uno, impotens in altero, in sphæra semper voluitur, in unoquoque manet: sed non sic imaginatur, sed per ignem purificatum ad simplicitatem congrua latione reducitur, omniaque mysteria scientiæ profundæ operari potest. Terra autem composita elementum est, & non est elementum per quam ternarius in binarium reducitur, quatuor ab uno gradibus distantem, mira continens, multiplex, corruptilis, & tamen extra unitatis circulum non vagatur. Huius cum ternario per binarium in uno secretum omnium magisterium est, & quæcunque humanitas inuenta mirabiliter existunt. Eius sunt potestati subiecta, nec cadere in errorem per tres gradus deducta operatio potest.

Hoc ipsum elementum non elementum per numerum a se remotum cum sibi adnexi in unitate simpliciter reductum. Sine huius medii finis principii cognitione per numeros, gradus, & ordines, nec magus imaginibus virtutem dare sine scelere potest, nec chimista naturam imitati, nec spiritus compellere. Homo nec futura, prædicere vates, nec quisquam curiosius experimentorum capere rationem. Omnis itaque naturæ consistens limitibus actio mirandorum ab unitate per binarium ternarium descendit, nec priusquam a quaternario per graduum ordinem in simplicitatem consurgit. Nam si quatuor numerare velis, non aliter quam ab uno scis inchoandum, dices unum, duo, tria, quatuor. Hæc omnis numeri perfecta consummatio

est, fitque regressus ad unum, quia ultra denarium non est numerus simplex. Nam unum, duo, tria, quatuor, faciunt decem, & sine regressu ad unitatem numerus non progreditur.

Mirantur huius conexionis profunda nescientes, quibus principiis in operatione mirandorum utamur. Hæc enim intelligere non potest, nisi diuino munere lumen singulare acceperit intelligendi ex natura in naturam, fueritque in eo cum lumine ignis, cum igne ventus, cum vento potestas, cum potestate scientia, cum scientia mentis integritas. Tria autem sunt in magia naturali principia occulta scientiæ, citra quorum notitiam perfectam, nullus operantem sequitur effectus. Primo ab uno consistens, non a quo, sed per quod omnis virtus producitur: de quo diximus, quia purum & primum ab uno procedens non componitur nec mutatur. Ad ipsum a ternario & quaternario, id est monadem progressus est, ut denarium compleatur, per ipsum est numero regressus ad unum, simul ascensus cum quatuor, & descensus ad monadem. Impossibile est compleri denarium, nisi per ipsum, quia monas in triade læta connectitur.<sup>90</sup>

Omnes hoc monadis principium ignorantes, nihil in ternario proficiunt, & sacrum quaternarium non pertingunt. Principium vero secundum ordinem non dignitatem separatum a primo, quod cum uno existens facit ternarium, est quod operatur mira per binarium. In uno est unum, & non est unum est. In quaternario componitur. In quo purificatum per ignem, in sole aqua pura egreditur, & ipsum ad summam simplicitatem reuersum complementum ministrabit. Naturalis omnis circumfert sibi unita circulum repræsentat immensus ordo. In infinitum virtus ens super omnia purificata & simplex minor omnibus quaternario super gradum composita. Quaternarius autem numerus Pythagoricus, numerus suffultus, si ordinem & gradum obseruat, purificatus. In uno ad binarium in ternario mira & occulta operari potest. Hic est quaternarius, in cuius mensura ternarius. Ternarius enim numerus ad unitatem reductus, per aspectum omnia in se contine, quæ vult potest. Principium 3 per se non est principium, in binario inter ipsum & finem omnis scientiæ artis mysticę ineffabile medicentrum, nec in alio facilius quam in ipso, quoniam paucissimi viuunt in terra, qui profunda eius intelligant. Varium compositu per

90 Compare Gerard Dorn, [\*Lapis metaphysicus\*](#), 1570.

septenarium ternarium octies multiplicatum consurgens, manet fixum. In ipso est consummatio numeri, graduum, & ordinis. Tandem finem facit philosophandi per dicta Pythagoricis similia: Amicus es, (inquit) audi, & tibi consulentem amicum intelliges. Factum est propinquorum inuidia: ignem non aerem pedibus, calca, mortalium de mortalis odio periculum minatur leuitas: iuge symbolum omne per hominem non homines est cælestium. In nidulo hirundinum salus tua. Fuge periculum gallinarum, velum raptum ac vento persequeris, fatigaberis in septenario, sed per ternarium, iterum in unitate consurges. O te felicem si operationes a sole quæcunque natura videtur abscondere, ut omnes ad verum solem, qui deus est, per secundi cognitionem purificatus in inferioribus mentem in desiderio animæ feruore sanctissimi amoris succensæ conuertas: Diuini, amoris ars longa, tempus breue est, præstatque creatorem quam creaturam diligere semper in veritate.

De hac re tam perplexa & intricata, an meas coniecturas proferrem diu multumque dubitavi, memor Platonici ad iuuenes præcepti, ne de rebus grauius temere sententiam ferant: perucit tandem cogitatio: si non admodum placeant, certe non esse nocituras. In monade simul ac tride quædam occulta scientia constit. In qua Gulielmus Parisiensis<sup>91</sup> multo perfectius diuinitatis exemplum quam in D. Augustini anima iudicauit: quæ cum sit una, tribus tamen ait facultatibus distinctis prædita est, intellectu, memoria, voluntate. At potest subtilius ex Pythagoreis numeris ac figuris confirmari, qui triangulum constituunt, in cuius apice monas sit collocata, a quaterni utrinque numeri profluant. Hinc Philolaus<sup>92</sup> cum deum monadem nominasset, mox materiam diadem cognominauit, a qua formarum fiat ut numerorum in diade prima diuisio. Unde dicebat Plato<sup>93</sup> animam e cælo in hoc ergastulum corporis præcipitem datam & intrusam in summa perturbatione versari, quequidem a monade diuina in istam diadis confusionem abrepta esset. Hanc autem artificiosam in monade triadem magi omnes physici ex Platonice fontibus pariter hauserunt, qui rem quanque naturalem tribus constare statuunt, anima, spiritu, & corpore.

Quorum imitatione Aur. Augurellus<sup>94</sup> cecinit:

91 *Guliel. Parisien.*

92 *Philolaus.*

93 *Plato.*

94 *Augurellus.*

Verum si reputes, tria sunt primordia tantum;  
Dehinc duo, dehinc etiam (recte si videris) unum  
Tantum erit.

Tria hæc primus omnium philosophorum Hermes recensuit: Pater (inquit) est sol, mater luna, nutrix eius terra. (In diuinis autem nominibus mascula vim agentem significant,<sup>95</sup> foeminea potestatem capacem.) Itaque vocatus sum Hermes Trimegistus<sup>96</sup> treis habens partes philosophiæ totius mundi. Agnoscitis ερμην, id est (ut Plato<sup>97</sup> interpretatur) furtiui sermonis deum eiusque filium Pana, quod unus contineat omnia, eumque biforem, ob duplicem sermonem, verum ac falsum. Terra autem illa Vesta est prisca, cui ante deos omnes sacrificatum fuit. Considera ex ipso in cratylo Iouis nomen, Ζεὺς διος partile in δία atque ζῦνα id est duo & unum, quæ partes compositæ naturam dei in triade ostendunt. Ζεὺς autem parit διος, sicut ex uno duo nascuntur. Quod vero dicit Tritemius de uniuersi diuisione, Hermes sic mundum ait creatum, & superius esse sicut inferius. Quod carnem sale condiri, de re & compari intelligere videtur, quem salem multi appellauerunt, qui rebus communiter insit. Aqua cælestis, est ea de qua Augurellus:<sup>98</sup>

Hæc nanque potentia cælo  
Cælestis descendit aquæ,

Angeli, spiritus sunt essentiæ quintæ. Quæ de planetis refert in epistola ad Germanum Ganeyum, exponi: t nempè vim artis mysticæ ab intelligibili cæli cognatione pendere Inter septenarii virtutes Alexander Aphrodiseus<sup>99</sup> ex Pythagora notauit Saturnum climactericos annos, id est septimos quosque in humana vita regere, & insignes edere mutationes: hominum generationem septeno planetarum numero gubernari: Lunam septimo die humores naturales ac seipsam immutare. Lullius explicat<sup>100</sup> in ea arte circuitiōnem septem planetarum eorumque varium influxum spectari. Quod ad denarium attinet, censet Aristoteles<sup>101</sup> ortum omnem atque interitum rerum complecti: Arabs quidam decem esse medicinas, quas una suo ambitu contineat: cuius in extrema canit poeta ille Ariminensis:

95 *Macrobius.*

96 *Hermes.* [sic Trismegistus.]

97 *Plato.*

98 *Augurellus.*

99 *Aphrodiseus.*

100 *Lullius in testamento.*

101 *Aristoteles.*



Surrepta demum nobilis fato pecus.  
atque alio loco,  
Suspirans cadit, & graue pondus inani  
Corpore vellus adest.

Nidulus hirundinum in cacumine est caminorum quasi in perpetua veris temperie: quastecto excipi Pythagoreis nefas. Sol est in cælo, more cælesti: atque in terra, terrestri, ut Picus<sup>102</sup> heptaplo, & Marsilius Ficinus<sup>103</sup> in Theologia Platonica docuere: oculus est lumenque mundi diei præses, sicut luna noctis, cui suam quoque triadem in monade poetę tribuerunt,

Tergeminamque hecaten, tria virginis ora Dianę.<sup>104</sup>

Raymundus Lullius explicauit. Quę nec viua sunt nec mortua ex ipso Ficino<sup>105</sup> audi Scimus viuientia omnia tam plantas quam animalia per quendam spiritum mundano illi maximo similem viuere atque generare: atque inter elementa (quod maxime spiritale est) velocissime gignere perpetuoque moueri quasi viuens. Sed quæres interim: si elementa atque animantes generant aliquid sibi simile suo quodam spiritu: cur lapides & metalla non generent, quæ inter illa media sunt? quia videlicet spiritus in eis materia crassiore cohibetur. Qui si quando rite secernatur, secretusque conseruetur, tanquam seminaria virtus poterit sibi simile generare, si matetię cuidam sui generis adhibeatur. Sunt præter hæc, alia notarum & numerorum in literis arcana mysteria, qualia Plato<sup>106</sup> in cratylo ad veram & rectam nominum compositionem explicauit: in quibus præcipua sapientię momenta vertuntur. Res enim ipse imitatione per literas facta elucescunt. Inter quas ρ opportunum est motus instrumentum, in qua referenda lingua concitatur: ad tenuia quæque commodum per omnia maxime penetrantia: χ, σ, ζ vehementioris sunt spiritus & talibus rebus accommodantur, δ ac τ ad compressionem λ ad lapsum, ν ad ea quæ intrinsecus sunt. Quæ sapiens nomenclator debet diligenter intueri. Ars autem eloquentiæ,<sup>107</sup> quæ sibi inter cæteras principatum vendicat, quantam quæso diligentiam adhibet in literis ipsis componendis, ne asper, ne horridus aut hiulcus sit concursus vocalium & consonantium? quantam in syllabis propemodum numerandis & metiendis? Rerum verborumque iudicium prudentis est

102 *Picus*. [Giovanni Pico in *Heptaplus*]

103 *Ficinus*. [Marsilio Ficino]

104 *Virgilius*.

105 *Ficinus de trip. vit.*

106 *Platonica literarum consideratio*.

107 *Rhetorice literæ*.

(inquit Cicero<sup>108</sup>) Vocum autem & numerorum aures sunt iudices: Illa ad intelligentiam referuntur, hæc ad voluptatem: in illis ratio inuenit, in his sensus artem. Hæc sunt in literis demum ipsis operosæ animaduersiones, e quibus horror aut suavitas orationis maxime dependet. Sunt alia ex Pythagoræ Ludo mysteria quoque literarum: quarum numeros in propriis nominibus collectos<sup>109</sup> in summam ad rerum futurarum occultarumque coniecturam trahebant: quæ Arythmantia est. Hinc de certaminis euentu iudicium ei victoriam pollicetur, qui numerum maiorem nomine suo contineret: Sic Patroclum Hectoris, Hectora Achillis manu cecidisse. Numerorum autem victoria ex Pythagorico de hac re libro discitur. Nempe in numeris imparibus eisdem ut 1 & 1, 3 & 3, minor vincit: In paribus eisdem ut 2 & 2, maior vincit &c.

deinde imparem numerum prisci philosophi marem & agentem: Parem fœminam patientemque existimarunt. Illo diis superis, hoc inferi attributo.

Quod Virgilius intellexit in hoc versu,  
Numero deus impare gaudet.<sup>110</sup>

In imposititiis autem nominibus imparem vocalium numerum clauditates oculorumve orbitatem ac similes casus (si forte insint) dextris assignare partibus, parem vero leuis censebant. Quo in genere incidit in manus meas olim libellus<sup>111</sup> quidam peruetus de omnium euentuum coniectura per volubilem quandam Pythagoræ rotam, cuius vis omnis consistebat in numeris literarum. Incidit item tabula vetus significationis huiusmodi: ut scias vera sint necne quæ audieris, nomen authoris numerandum ex literis eius, deinde ætas lunæ colligenda: tandem his addendus numerus xxxvii tum summa totius numeri partienda per 5 <sup>arios</sup> & si 1 restet vel 3, vera res, est: sin 2 vel 4 supersint, falsa. Quorum omnium ratio pendet ex libro Pythagorico de hac diuinatione literarum:<sup>112</sup> cuius summa hæc præcepta sunt: literarum alias naturales esse, alias fatales, quasdam casuales: ex quibus intelligitur quæ sors potissimum in nobis dominetur. At in his quæ a rebus pendunt, spectatur symbolum, id est paritas nominis rei cum eo quod quærimus: in iis quæ a voluntate: totius propositionis numerus cum præcipui verbi numero comparatur. Primæ autem diuisio

108 Cicero.

109 Arithmantia.

110 Virgilius.

111 Rota Pithagoræ.

112 Pythagorica diuinatio.

fundamentum Cicero<sup>113</sup> confirmat: Si quid mihi (ait) humanitus præter naturam præterque fatum contigisset: Ac Virgilius.<sup>114</sup>

Nam quia nec fato merita, nec morte peribat.  
Sed misera ante diem subitoque accensa furore.

Adhoc alludit alio quoque loco: Explebo numerum reddarque tenebris.

In quam sententiam scripsit Suetonius<sup>115</sup> in C .Caligulæ vita, observatum notantumque fuisse in primis, Cæsares omnes quibus Caii prænomen fuit, ferro periisse iam inde ab eo qui Cinnanis temporibus sit occisus. Cicero lib. sexto de rep.<sup>116</sup> Sed eius (inquit) temporis ancipitem video quasi fatorum viam. Nam cum ætas tua septenos octies solis anfractus reditusque conuerterit, duoque hi numeri (quorum uterque plenus, alter altera de causa habetur) circuitu naturali summam tibi fatalem confecerint: in te unum atque tuum nomen se tota conuertet ciuitas. hinc vero (Macrobio<sup>117</sup> autore) numeri in nomine ἡσους octonarii plenitudo spectatur, a quo solidum corpus conficitur, quique iustitię Pythagorica nota est per duplicem diuisionis in pariter pares æqualitatem: Ideo proprius Solis iustitię Christi dei nostri. Quę ego non omnia tam expono & probo quam enumerando persequor, ut intelligas quanta mysteria veteres sub literarum & numerorum notis condita reliquerunt. Idcirco omitto prudens quę Tritemius ipse in Steganographiæ libris octo descripsit, ne quam religionem intra priuatos parietes communicata olim, eandem in publicum protracta inferte cuiquam possint. Quanquam non ignoro solam imperitiam huiusmodi scrupos promiscuę multitudinis mentibus iniicere: cum ea quę naturali ratione perficiuntur (quam non intelligunt) credunt stygia aut cęlesti ope perpetrari. Sic homo minime malus qui amicitię prætextu Abbatem illum eruditum & subtilem inuiserat, quę tertio Steganographiæ libro sub orifiele Saturni spiritu in hoc vel illo gradu & minuto capricorni constituto facienda scripserat sinistre interpretatus est: nempe imaginem spiritus fabricandam, deinde aliam absentis quem de re aliqua certiore factum cupimus, in cuius capite & pectore hæc inscribantur. Post, vas mobile phanum abronedum tegendum corio raso: Illas imagines obuoluendas panno lineo in aqua purgato & deterso: omnia statuenda in introitu domus clausę: Quibus dies saturni certi mensis significabatur: Ipso die in 7 partes per totidem spiritus

113 Cicero.

114 Virgilius. [Virgil, *Aeneid*, Book 4]

115 Suetonius.

116 Cicero.

117 Macrobius.

planetarum Urielis, Michaelis, Gabrielis &c. distributo .i. ebdomade diuisa in solis, lunæ, martis dies &c. ut tempus notum sit amico absenti quo speculum tenebis in tecto edium & cartam pergamenam & animi tui sensa (quas imagines licet dicere) papyro committes. Eodem modo vulgus acciperet quod a Pythagora Cælius Rodiginus<sup>118</sup> in lectionibus antiquis factum fuisse scribit (de quo nos supra mentionem fecimus) quod mirabile præstigium videri possit: ut pictas certo artificio imagines scriptasue literas nocte serena radiis lunæ opponas, quarum simulacris in aere multiplicatis sursumque raptis & una cum lunæ radiis reflexis, alius rei conscius a tergo in disco lunæ videt legitque, quanquam magno locorum spacio semotus. Huc adde Pythagoricam necromantiam per literarum numeros & lunæ quam exerceri solitam scribit Augustinus:<sup>119</sup> Quis vero ex imperita multitudine in bonam partem traheret sanguin in speculo notas ad hunc lunæ situm & amicum quocum de die atque hora ante conuenerit per lebetem aquæ plenum lunariam epistolam legentem? hoc periculum læuæ de rebus abstrusis opinionis & iudicii, præclara ingenia a scribendo deterret, cum optimæ quæque res lucem apricam ferre non possunt: & tenebras huiusmodi inferas, superstitionis opinionem soleas subire. Præterea ex iisdem numeris quidam (ut Alchandrinus<sup>120</sup>) horoscopia alioqui incerta statuerunt: quidam nomina ipsa hominum per astrorum rationem (ut Aomar<sup>121</sup>) quidam per geomantiam (ut Franciscus Asculanus<sup>122</sup>) subducendo diuinasse dicuntur. Quæ quidem ipsa in notis tota versatur & punctis motu fortuito manus formatis: quotum tandem numeri nouissimi colliguntur & mira similitudine ad Astrologiæ normam reuocantur. Non nocebit obiter admonuisse, fieri quandoque in eorum libris qui de rebus altioribus scriptitant, quoddam cogitationis eorum arcanæ integumentum per primores capitum literas: quale in tusca Poliphili<sup>123</sup> hypnerotomachia: ex cuius primis quibusque literis colligitur: POLIAM FRATER FRANCISCVS COLVMNA PERAMAVIT. Quale etiam in speculo Rogerii Bachonis,<sup>124</sup> cuius prima capitum verba conficiebant. In his verbis præsentibus poteris inuenire terminum exquisitæ rei promissæ: literæ autem singulæ septem capitum componebant nomen, IVPITER: verum in typis hæc ab inscio Aristarco reperi non correcta sed corrupta. Porro astrologici characteres planetarum, signorum, mansionum (quos Iulius

118 *Cælius Rodiginus*. [Cælius Rodiginus (1469-1525), *Antiquarum Lectionum* (Venice, 1516)]

119 *Augustinus*.

120 *Alchandrinus*.

121 *Aomar*.

122 *Franciscus Asculanus*.

123 *Poliphilus*.

124 *Rogerus Bacho*. [Roger Bacon]

Firmicus<sup>125</sup> depingit) notæ sunt, quæ artificio non carent: ut lunæ, huiusmodi) quam plenam non pingunt, quod ea forma solis est perpetua, lunæ temporaria: Incrementum autem illius melioris fuit quam decursus omnis ☉ in Marte sagitta signum est bellicum, ☿ in Mercurio, galeri: In Venere ☽ speculi: similes quoque sunt reliquorum notæ. Fuerunt & magis veteribus sui characteres ad rerum quibusde agebatur, similitudinem, ut duæ circuli diametr X iad amicitie æternæ signum aut annulorum concatenationes ωωωω: sic ad odium, inimicitias, cæterosque animi motus alii atque alii. Multa scio superesse quæ ad notarum rationem pertineant: at certum est (antequam ultra [\*ultra?] progrediar) de his primordiis iudicium hominum experiri. Quos iterum atque iterum admonitos velim me hoc scribendi negotium eo animo suscepisse, ut conscientia virium ultra prima elementa non progressus tantum eos qui robore sunt firmiore cohortarer, ut inanibus quorundam mythologiis non contenti ad grauissima priscae sapientiæ mysteria conuerterent animum: quæ hactenus a veteribus philosophis ac poetis, ridiculis prope fabularum inuolucris obruta sepultaque iacuerunt.

FINIS.

125 *Iulius Firmicus.*

## APPENDIX

### Tiron notes from Trithemius, *Polygraphia* Lib. VI.

↗ approbat	W modestus	↗ epistola
↘ comprobat	↳ immodest <sup>o</sup>	↳ litera
↗ improbus	↘ modicus	↳ literæ
↘ probus	↳ immodicus	↳ syllaba
↗ probitas	↘ commodus	↗ tempus
↘ improbitas	↗ incōmodus	↗ per tempus
↘ probabilis	↘ accōmodat	↗ per idē tēp <sup>o</sup>
↗ reprobat	↘ in modum	↘ temporalis
M modus	↘ admodum	↘ extēporalis
↘ modulus	↳ quēadmodū	↘ homo

Alphabet from Trithemius, *Polygraphia*  
 Lib. VI.

V <sub>a</sub>	X <sup>o</sup> <sub>e</sub>	Ɔ <sub>k</sub>	X <sub>o</sub>	G <sub>s</sub>	Π <sub>y</sub>
V <sub>b</sub>	Δ <sub>f</sub>	℥ <sub>l</sub>	Ɔ <sub>p</sub>	ϣ <sub>ch</sub>	Π <sub>z</sub>
X <sub>b</sub>	σ <sub>ff</sub>	Ɔ <sub>m</sub>	Π <sub>ff</sub>	7 <sub>t</sub>	⊗ <sub>ph</sub>
V <sub>c</sub>	ϣ <sub>g</sub>	N <sub>m</sub>	Ɔ <sub>q</sub>	Ɔ <sub>v</sub>	V <sub>th</sub>
Δ <sub>a</sub>	ω <sub>b</sub>	X <sub>n</sub>	ϣ <sub>r</sub>	Ɔ <sub>w</sub>	Ɔ <sub>sp</sub>
V <sub>d</sub>	Ɔ <sub>i</sub>	Λ <sub>n</sub>	X <sub>rr</sub>	ω <sub>x</sub>	⊗ <sub>st</sub>

## References

- Classen, Albrecht. *Magic and Magicians in the Middle Ages and the Early Modern Time: The Occult in Pre-Modern Sciences, Medicine, Literature, Religion, and Astrology*. Berlin: Walter de Gruyter, 2018.
- Clucas, Stephen, "Pythagorean Number Symbolism", *Aries* 10.2 (2010), pp. 149-167.
- Faivre, Antoine. *Access to Western Esotericism*. Albany: State University of New York Press, 1997.
- Peterson, Joseph H. *Arbatel-- Concerning the Magic of the Ancients: Original Sourcebook of Angel Magic*. Lake Worth, FL: Ibis Press, 2009.
- Szőnyi, György Endre. *John Dee's Occultism: Magical Exaltation Through Powerful Signs*. Albany, N.Y.: SUNY Press, 2010.
- Walker, D. P. *Spiritual and Demonic Magic from Ficino to Campanella*. University Park, Pa: Pennsylvania State University Press, 2003.